Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

descendat nunc de cruce. ut uideamus et credamus. Et qui cum eo
crucifixi erant. conuiuabantur ei. Et facta hora sexta. tenebre
facte sunt super uniuersam terram. usque in horam nonam. Et hora no
na. clamauit ihs uoce magna dicens. Heloy. heloy. lemazba
thani. Id est interpretatum. Deus meus. deus meus. Ut quid
me deliquisti. Et quidam de astantib audientes dicebat.
Ecce helyam uocat. Currens autem unus. et implens spongiam
aceto. circumponensque calamo. potum dabat ei dicens. Sinite.
uideamus si ueniat helyas. ad deponendum eum. Ihs autem emissa
uoce magna. expiauit. Et ecce uelum templi scissum est in duo. a
summo usque deorsum. Videns autem centurio qui ex aduerso stabat.
quia sic clamans expiasset ait. Vere. homo hic filius dei erat.
Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes. inter quas erat
maria magdalene. et maria iacobi minoris. et ioseph mater
et salome. Et cum esset in galilea. sequebantur eum ministrantes
ei. Et alie multe. que simul ascenderant cum eo ierosolimam.
Et cum iam sero esset factum. quia erat parasceue. id est ante sabba
tum. uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse
erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad pylatum.
et petiit corpus ihu. Pylatus autem mirabatur. si iam obiisset.
Et accersito centurione. interrogauit eum si iam mortuus esset.
Et cum cognouisset a centurione. donauit corpus ioseph. Ioseph
autem mercatus sindonem. et deponens eum inuoluit sindone.
et posuit eum in monumento qd erat excisum erat de petra. Et ad
uoluit lapidem. ad hostium monumenti. Of. Custodi me
domine de manu peccatorum et ab hominibus iniqus eripe me domine. Sec. Sacrifica